

Constans in Italia fratre Constantino interempto Imperium tenuit, bellator haud infelix. Militum uoluntates largitionibus sibi concilians, cum subditorum iniuria, & expoliatione, Christianam religionem amauit & auxit. Seditio Maxentij, ut dictum est, circumuenitur & occiditur, Cuius necem uindicaturus, frater Maxentij quidem copias fudit ac fugauit, sed tanta utrinque clades accepta est, ut tum uiribus Romanis fractis ac debilitatis, roboreque militiae amisso, ianua aperta sit ad rapinas barbaris hostibus, illis quasi custodibus remotis, & promiscua iam turba irruente in imperium Romanum barbarorum prohibente nemine.

IULIANVS IIII.

Iulianus Galli occisi à Constantio frater, filius Constantij: uel ut alij tradidere, Dalmatij fratris Constantini magni ex matre Galla. Caesar dictus à Constantio fratre patruale max. rebus in Gallia gestis, & Francorum delecto exercitu sublato anio maiora moliri, & imperium affectare cepit. Adiuuabatur, in primis fauore militum quorum beneuolentiam omni officiorum genere sibi conciliauerat. Hunc apostatam dixere, quod metu Constantij, quodam tempore capillo raso in coetu ecclesiastico, lectiones fecerit, Graeci *παραβάτης* uocant, quod descierit ad Graecismum. Mortuo Constantio à nullo aduersario interpellatus, imperium tenuit. Libanij doctrina multum usus est. Valde studiosus elegantiae & antiquae disciplinae. Itaque se uitamque suam, ac mores ad uetustatem cupidissime reuocauit. Qua in re obstinate Christiana religio incurrit in magnam difficultatem. Nam illa neque ferri ab ipso in hac sententia atque proposito, neque ita ualida & propagata facile tolli potuit. Itaque cum quassati ex insidijs coortus, tum iusto Marte in illam sese intulit, minime prospero euentu. A caedibus, & sanguine abstinuit manus suas, oraculis delectatus, haud scio an non tam superstitione quam imitatione ueterum. Huic à Graecis redditum unum aut alterum memoratur uersibus Heroicis hac sententia.

Iamque ubi persigenam gladio uictrice domaris
Vsq; Seleucia sternens ad moenia gentem
Tum te flammium rapiens, ad sidera currus
Aetherios inter uentoso turbine gyros
Mortali humanis positus cum corpore curis
Atque ita caelesti patriam splendore reuises:
Vnde es mortales quondam delapsus in artus.
Alterum oraculum.

Terrigenum quondam strauit Saturnius agmen
Caecolum diuo populo quod bella parabat,

At

At dux Iuliane inuicta clarissime Romae
Tu Persas bello profligas, moenia & urbes
Diruis, & ferro ac hostilibus omnia flammis
Vasta facis, populisque domas cum pluribus urbes.
Quin etiam occiduis Alemanae gentis in oris,
Prosternisque acies, & agros populare feraces. Hunc à primis pueritiae annis insectatus est mortuum Gregorius. Interijt in Perside proditus perfidia ductorum, quibus temere fide habita praecipitatus in deserta, & aliena cultu humano loca, metuens grauius aliud discrimen, iniquo Marte cum hostibus confixit, & ictus sagitta emissis incerto autore corruit. Alij conto percussus à praestrato hoste, alij aliter phibent, relatus in castra cum sanguine anima linquit: uir doctrina, & ingenio excellens, animo promptus, leni, facili, quod ipsum uix unquam quiescentem oculi indicarent. Superstitioni deditus, & in prauas sententias de rebus diuinis inductus potissimum à maximo Platónico Epirota, qui & ipse lamblichum audisset. Fuit autem hoc totum agmen posteritatis Platonicae in tractatione rerum diuinarum cuiusdam, ut ita loquar, eruditae uanitatis, quod ueterum scripta obscuriora de uita & moribus hominum ad numina, & Deos referrent, confunderetque cum diuinis humana, & superstitutione animos imperitorum implicarent. Iulianus libros quoque composuit, ea fuit eruditio literaria, Caesarum historiam orsus ab Augusto executus. Contra Antiocheneses qui dieteria iecissent, de barba ipsius, barbae odium *μισοπώγων* Graece dicitur, ad canem Heraclitum de cynismo, & alia alijs de rebus composuit scripta, interque illa confutationem Christianismi quam Phorax olim uidimus. Christianis lege interdixit studijs bonarum artium, *ἵνα μη φησὶν, ἀκούόμενοι τῶν γλωττῶν ἑπίμωσ πρὸς τὸς διαλεκτικὰς τῶν Μάνων ἀπαντῶσιν.*

IOVIANVS V.

Iouianus Pannonici generis in castris mortuo Iuliano appellatus Imperator à militibus pactus cum Persis non honestas factiones, sed necessarias, reduxit incolumen exercitum, ipse Constantinopolim properans in itinere moritur. Nulla re magis innotuit, quam uirtute patris, qua ille commendatus, summos esset honores consecutus, animo molli fuisse, in uenio, ingenio pene nullo, & quod ipse negligentia etiam perderet. Nisibin urbem potentem Persis concessit, cum summa infamia. Quadam tamen libertate & aequabilitate uita, studia comilitonum comparauerat. Formosum admodum, & procerum corpore fuisse accepimus, sed cum haberetur uulgo stolidior, uiso illo anus aliquando dixisse fertur, ingentem esse altitudinem atque latitudinem stultitiae: quo dicto comprobato acclamatione multitudinis cum alij alia in illum iacerent, nihil est propius factum, quam ut seditione oriretur, quae compressa tamen fuit à Salustio praefecto praetorij Antiochiae.

Antiochia templum consecratum Traiano ubi pretiosa bibliotheca esset, C
in instigatione uxoris incendi iussit, cui incendio faces subdidisse ipsius concu-
binas ferunt, atque ita multi optimi libri una cum templo conflagravit, qua-
rem perquam iniquo animo Antiochenes tulere, atque natura dicax illud ho-
minum genus, multis diceretis incessere Imperatorem, interque haec uersus
Homericos in eum torquere irridentes, sparsis partim humi, partim parie-
tibus affixis libellis, e quibus memorantur aliquot huius sententiae,

Ex Iliade.

E bello aduenisti, utinam in bello perisisses.

Item.

Execrande Paris forma, facieque superba
Forminea uesane libidine.

Et ex Odyssea.

Ni te nudatum uestitu membra tegente

Palliolo tunica parti oppositusque uerenda

Quam primum infestis plorantem misero Persis.

Meritus ita est de Christianae pietatis cultoribus, ut inter laudatiss. impera-
tores numerari debeat. Neque fuit iniuria mors illius, ut praematura a pluri-
mis deplorata.

VALENTINIANVS VI.

S Alustij praefecti praetorio beneficio factus Imperator Valentinianus,
inuitus, ut fertur, cum magna laude gessit rempublicam, legibus con-
fusas res distinxit, uir prudens, mitis, scelerum maximus osor, infestus auar-
ris. Cum recte de diuina trinitate sentiret, non tamen crudelis fuit erga Ari-
anos. Aerarij curam non negligenter habuit. In primis operam dedit, ut
idoneis hominibus magistratus demandarentur. Cum haberet Serenam
uxorem e qua susceptum Gratianum Augustum iam impubere aetate cre-
asset, retenta illa, duxit & Iustina, forma uirginis captus, lege etiam lata, ut
geminas uxores habere cuique liceret. Ex Iustina nascitur Valentinianus.
Hic fratrem Valentem potitus rerum consortem imperij fecit, concessa ad-
ministratione orientis. Nihil defuisse ad summam laudem illi putant, nisi
fidelium & prudentum amicorum monita. Feliciter praefuit rebus sua in par-
te. Extinctus sanguinis profluuium, siue rupta uena, seu alia de causa, seu si-
dere percussus, quam ἀποπληξία Graeci uocant, moritur Mediolani relictis
successoribus fratre & filio Gratiano ex Serena suscepto, sed & alterum filium
ex Iustina cognominem patri, prouexere potentes amici mortuo iam
ipso ad partem imperij. Ita Valens, & Gratianus, & Valentinianus admo-
dum puer, principes facti praefuere orbi terrarum.

VALENS

VALENS VII.

A Valens orientale tenuit imperium, sub quo ualde est tumultuatum in
ecclesia, cum ipse Ariano dogmati faueret, & crudelitatem illius sectae
nemo coereret. Constantinopolitanis in sensus, quorum & legatos incen-
so nauigio in mari perdidit. Vir doctus & erga amicos liberalis, infelix bel-
lo, Ausonius & carmina facere solitum scripsit, perijt miserabiliter cum in-
genti clade exercitus bello Gethico. nam in praelio ictus sagitta, delatusque
in agrestem casulam irrupentibus Getis, & ferro ac igne omnia uastanti-
bus, una cum casula concrematus est. Auxilia expeditionem paranti frater
Valentinianus negauerat. Superstes fratri paucis annis extinctus lachri-
mabili fato est, ut diximus. Tum ad Gratianum fratre illius adhuc puero
summa rerum deuoluitur.

GRATIANVS VIII.

G Ratianus cognita patris morte celeriter Romam orientalem se contu-
lit, saeuitiaeque Arianoꝝ opposuit, de exilio reuocauit Episcopos. Ut su-
as quibusque ecclesias tuto liceret, tenere edixit. IncurSIONES diuersarum par-
tium prohibuit. Solos Photinianos, Eunomianos, Manichaeos exclusit.
Fuit eruditus artibus bonis. Rationem gerendae reip. tenuisse non putat.
Aptior ludo quam imperio. Barbarorum satellitio usus, qua re militum a
se animos ualde alienauit, a quibus & desertus seditione maximi, qui Galli-
cas legiones sibi conciliarat, aetate prima circumuentus trucidatur. Hic ad-
uersus Gethas Theodosium ducem cum imperio misit, quem uictore etiam
Caesarem dixit. In Constantinopolitana ambulatione statuam huic posita
tam fuisse accepimus, equestrem iuxta patris & Theodosij statuas, adiun-
cta ridiculi gratia cuiusdam gibbosi Firmiliani statua.

VALENTINIANVS IX.

V Valentianus adhuc puer, & Iustinae matri obnoxius, a Maximo qui
fratrem ipsius sustulerat, pulsus Italia ad Theodosium confugit, a quo
obiurgatus, quod se praebuisset abutendum matri, ac alijs turbas dantibus
in ecclesia, iustusque bonum animum habere, non enim sibi esse integrum ne-
gligere nefariam caedem Gratiani, a quo summos honores esset consecutus,
deuicto quidem maximo, seditione Eugenia suffocatus, laqueo extingui-
tur, autores necis laqueum de editore loco nexuere, quo sibi adulescens ipse
mortem consciuisset crederetur.

THEODOSIUS SUPERIOR X.

T Heodosius Hispanus diuino in somnis monitu hoc nomen sortitus,
dicitur a Gratiano Caesar uictis, fugatisque Scythis. Huius opera fide-
& sincera est uisa resp. laudatissimusque esset princeps, si in pace quoque illam
fuisset complexus. Maximum interfectore Gratiani sustulit, interempto
etiam infante filio, quem pater Caesarem dixisset. Compressit & seditionem
Eugenianam

Eugenianā uentilatam ab Armogaste. Memorabilis ea uictoria fuit, hoc **C** quidē maior quo insperator, Neq; enim humana, sed plane diuina ope parta credit. Confixit minime par multitudine hostib. Neq; obscure de- trectate pugnam milite. Ipso tamen ducente pudore secuti sunt. Cōfirmati, non parū labantes animos defectio cohortū, quā in insidijs fuerāt collocata ab Eugenio. Subito etiā in hostes turbulentia atq; procella uentorum sese intulerunt, tanta uī, ut arma quibusdā extorquerent, telacq; repellerentur, ad eos unde emissa fuerant. Quod omnīū literis qui illius pugnae mentionē fecere celebratur, sed magnifice à Claudiano, qui imperatorem Aeoli copijs, & aetherijs auxilijs uisum scribit. Hoc praelio cōmissio traditur à suis Imperatori Eugenio, Armogastes sibi mortē consciscit. Theodosius pacata rep. Cōstantinopolim redit, & Promoto bellicam rem cōmittit, ipse uoluptatib. & delitijs operā dare etiā non sine ignominia, quā tamē aliqui eum declinasse affirmāt. Sane negligentē constat fuisse, & dissolutū rebus secundis, aduersis acrem & attentū, quā diuersitas naturae non immerito quibusdā admirabilis uisa est. Hic cum Honorīū filium suū Caesarem Romanā dixisset, suasisit Senatui qui religionē priscam studeret retinere, ut decepti & inducti in errores respiscere, & Christianā religionē, in qua omnīū scelerū abolitio denuntiaret, amplecti uellent. Sed nemo motus omni oratione illius dicitur, quod negaret se facere posse, ut maiorū suorum instituta, & tradita nouitijs Christianorū inuentis postponerent. Cū illorū custodia urbem incolumē prope mille ducentis annis cōseruasset, quib. si alia potiora duxissent, ignorare se quā sit fortuna cōsecutura. Institit tū pius princeps, & temp. sumptib. sacrorū grauari dixit. Quos cum Senatus tueri non posset, sustulit Theodosius, & autoritatē Senatus admodū diminutā reliquit. Haec recensui, ut intelligeret unde maxime orti essent illorū temporum sermones quos sequentiā mala quasi incitauerunt, cum omnium calamitatum causae acceptae mutatis sublatiue ritib. sacrorū referrentur. Quib. cum alij, tum uehemēter Aurel. Augustinus respondit atq; rescripsit. Fuisse per similes Theodosius Traiano traditur. In irā procliuor, inq; illa impotentis animi, sed quae celerime abiret. In literis atq; artibus is quem neq; eruditum, neq; indoctiss. diceret, Amans ocij & quietis. In qua educatis filiis duob. Arcadio atq; Honorio imperium relinquens, placidam mortem obiit Mediolani. Susceperat illos ex Placidia quam incredibili amore profectus, mortuam omni genere honorum affectit.

ARCADIVS ET HONORIVS XI.

Relicti à Theodosio haeredes regni Arcadius & Honorius placida & molles animae, requisierunt admodum quietem & tranquillitatem, in qua ipsi educati essent. Neuter magnopere resp. curis se afflixit, Itaque Rufinus & Stelicho re ipsa principes, illi uerbo erāt. Rufinus Celta natione apud

apud Theodosium plurimum potuerat, autoritate & gratia. Huius Stelicho socius publicam simul rem uexabat. Omnīū bona rapiebāt, leges figebāt atq; refigebāt arbitrio suo: infimos mercede accepta summorū honorū insignib. exornabant. Rufinus elatus superbia cum uenisset in suspicionē affectati regni, à militib. ante urbem Cōstantinopolitanā occidit, caput & dextra manus praecisa, bona tributa Eutropio Eunucho, nō minus improbo, qui & ipse cum modum in scelere omnem excessisset, excitus è templo quo confugerat, obruncatur. Arcadius cui prouincia orientis data esset, relicto superstitite filio Theodosio moritur. Interea Barbari Stelichonis, ut ferunt, hortatu concitati, quasi exundabundū flumen in Italiam ruunt. Nō enim Stelicho contentus mediocri potentia regnum inuadere, uel ipse uel parare filio Eucherio conabatur, Radagisus iniquitate loci expugnatus capitur. Alaricus iritatus seu dolo seu perfidia Stelichonis redit ad urbem, neq; ullo defendete dum Honorius Rauennae desidet, diripit. Capta tum est Placidia soror imperatoris. Moc initium fuit uincendi, potēdiq; in Italia rerum Barbaris, quo tempore in translatam imperij sedem Byzantiū etiam imperatores concessere, Italiam non admodum respiciētes, nisi quatenus sub Iustiniano, quod melius fuerat non fieri, aduersus Gothos in ea bellum est gestum. Omnino leuitas, & inertia quaedā optimorum & pietate praestantium principum ualde nocuit reip. Hac improbi abusi multum **B** damni dederunt passim ciuibus Romanis. Inter quos & Arbazacius, quē per iocum ob rapinas Harpazacium dicebant, libidine, luxu, auaritia perditus misere afflixit ciuitates atq; prouincias.

THEODOSIUS POSTERIOR XII.

Theodosius filius Arcadij in delitijs, & inter Eunuchos educatus successit patri, & una cū patruo aliquātisper imperiū, postea solus tenuit. Mox Valentinianū cōsobrinū filiū Placidiae amatae suae, & ducis Cōstantij Caesare dixit. Vtili & fideli opa huius erga seditiones fuerat usus. Sed & Asperi uirtute in Italia repressi tumultus. Huius tēporib. odij inter Bonifaciū ac Aetiū exortis, Vuādali in Africā traducti fuere. Moritur Aurelius Augustinus obfessa Hippone. Expositus fuit Theodosij animus omnium pene dolis, ac fraudibus, obnoxius Eunuchis, qui rerum potirentur principe Chrysaphio. Ipse ludere, uenari, nihilq; alijs occupatiōibus uacare. Tanta incuria & negligētia gerere rempub. ut diplomata nō lecta subscriptiōne confirmaret. Ferebat totius quidem uitae fraternae, sed hanc leuitatem in primis indigne soror Pulcheria, itaq; tale ad correctionem ipsius consiliū caput. Literas scribi curat, in quib. petra ab illo traderet in seruitutē Eudociae uxor quā amabat, mirifice. Perfectas affert fratri, seq; ait, donū liberalitatis quoddam ipsius petere, qui neque lectis illis, neq; interrogata sorore quid petitionis inesset, subscribit seruituti coniugis suae. Tum soror

recitata scriptura obiurgatum fratrem magno pudore confudit. Nihil gefcit memorabile cum attigerit uitæ annum L. pacem mercari, non armis facere, quo max. cōtemptū Imperij Romani auxit. A cædib. ita abhorre, ut fontib. etiam uitam largiretur. Cum hoc Valentinianus multis annis Regnauit, à quo eum non quidem integer, neq; bonus uir Aetius. sed reipb. necessarius Eunuchorū calumnijs in odium uocatus Imperatoris interfectus esset, cumq; ille apud intimū quendam gloriaretur, quasi egregio hoc facto suo: Quale hoc inquit ille sit mox sentiemus, tu certe tibi sinistra manu dextram præcidisti. Theodosio mortuo Pulcheria Marcianū ad imperij honorem produxit, Valentinianus ab Aetij uno milite Stratilia interimitur, Marcianus Constantinopoli seditione Leonis opprimitur.

TEMPORA IMPERATORVM

BREVITER ANNOTATA.

Constātinus Imperium tenuit annis minus duobus, mensib. triginta & uno, tredecim solus, ingressus in regnum

AD NY. CON. A. M. XXXIX. ANNO ab urbe cond. M. XXXIX. quæ ratio ex eo ducta est, quod No- uam seu orientalem Romam condidisse traditur, circiter annū XXIII. Imperij, & eum fuisse urbis cond. M. LXXXIII. Græci tradunt.

A. V. C. A. M. LXX. ANNO ab ur. cond. M. LXX, decessit Constantinus magnus.

CONSTANTIVS cum fratrib. XIII. solus XI. annis Imperator fuit, omnib. XXIII. de quib. si v. deducatur, qui abiire dum fratris interfector superfuit. VIII. illi tantum soli relinquuntur anni.

A. V. C. A. M. XCV. IULIANVS ANNIS II.

IOVIANVS non uno toto.

A. V. C. A. M. XCIX. VALENTINIANVS cum Valente A. XII. minus tribus mensibus.

VALENS cum Gratiano & Valentiniano, VALENTINIANI, FF. AN. III. omnibus XV.

A. V. C. A. M. C. XV. GRATIANVS cum fratre Valentiniano & Theodosio an. VI.

VALENTINIANVS cum Theodosio an. VII. omnib. XIII.

A. V. C. A. M. C. XXXIX. THEODOSIVS cum Honorio & Arcadio FF. AN. III. omnib. aliquot mensib. plus XVI.

ARCADIVS cum fratre an. XIII.

HONORIVS cum Theodosio fratris F. ANNIS XVI. omnib. XXI.

A. V. C. A. M. C. LVIII. THEODOSIVS an. XXVII. cum Valentiniano consobriano.

VALENTINIANVS IIII. cum Martiano, omnib. circiter XXX.

Ita conficiuntur à Constātinō usq; ad Leonem anni CLVIII. quos alii qui in CLIII. cōtraxere, & à XII. an. Imperij Constant. in quem refer- tur Alexander aduersarius Arii usq; ad Theodosium, in cuius imperium Celestini

A Celestini pontificatus incidit, conficiuntur anni C.V. quod tempus se ex- cutum narratione sua Theodorus scribit.

ANNOTATIVNCVLAE AD HISTORI

AM THEODORITI, LVCIS NON NIHIL ALLATV

RAE LECTORI.

IN capite octauo, ubi dicitur hanc quæstionem de Coëssentialitate filij Lagitatum, ante annos 130. & extare patrum, ea de re libros, sentit Arte- monis hæresin, de qua extiterit postea Samosatensis Pauli & Luciani, quæq; ipsa de ueteri Hebionitis, quasi fonte fluxerit.

Docebat Samosatensis uerbum Dei Christum esse nō naturaliter, sed gratia & beneuolentia Dei. Nec minus in alijs sanctis, atq; se adeo ipso in esse uerbum Dei, quàm in Christo fuerit.

De Meletio qui Arianis se coniunxit, quærendum an is sit quem facun- dia & doctrinæ nomine tātopere laudat Eusebius, fugisse certe scribit sup- plicia Christianorū.

Capite 25. In conuersione Epiphaniij Valerianus memoratur, in Græ- co proprium nomen est omissum. Fortasse interpres addidit euidentiæ cau- sa. Significatur autem pater Galieni, Licinius Valerianus, qui *νολοβος* fuit dictus. Hunc crudeliter grassantem in Christianos uictum in Melopota- mia Sapores rex Persarum cepit, & oculis effosis contumeliosiss. tractauit.

B Capit 30. Quærendum num idem sit Mares Chalcedonenfis Episco- pus, Arianorum fautor, & obiurgator Iuliani apostatæ cæcus.

CATALOGVS EPISCOPORVM



Onstanstropolitani Episcopi, qui fuere hoc tempore cuius est historia Theodotiti.

Petrus Alexander,

Paulus, & pulso Paulo Eusebius Nicomediēsis, quo mortuo extitit *ϕισμα* Macedonianum, sub Constantio.

Macedonius, abdicatus.

Eudoxius, qui Antiochenam sedem cum hac mutauit.

Demophilus, *ϕισμα*

Gregorius Nazansenus curator ecclesiæ Constantinopolitanæ.

Maximus philosophus Cynicus, abdicatur.

Nectarius prætor urbis paulo antè baptifatus, sub Theodosio.

Ioannes Antiochenus cognomento Chrysofostomus, sub Arcadio.

Artacius frater Nectarij admodum grandis natu, Atticus.

ALEXANDRINI.

1 Petrus. 2 Achilles. 3 Alexander sub Constantino.

○ 3 Athanasius

Athanasius, *μεγιστον νεο δε ματρου οχιμα* sub Constantino, Constantio & Valente. C

Ariani Episcopi uiuente Athanasio.

Eusebius Emisenus designatus praesulatum metu non inijt.
 Gregorius. Georgius Cappadox, occisus sub Iuliano ab Alexandrinis non absq; suspitione subornationis Athanasianae.
 Athanasius restitutus sub Iuliano, hoc post captum praesulatu an. XLVI. defuncto Petrus creatur Episcopus.
 Petro pulso substituitur Lucius a Georgio quoda presbyter factus, & Samofatenis Episcopus.
 Restitutus Petrus pulso Lucio.
 Thimotheus frater successit in locum Petri mortui.
 Theophilus Cyrillus Theophili fratris filius.

ANTIOCHENI.

Tyrannus. Vitalis. Philogonius.
 Eustathius, *οχιμα*, pellitur in exiliu Eustathius, et surrogatur Arrianus Eulalius, quo mox mortuo, Eusebius Palaestinus designat, obire functionem noluit. Substituitur igitur,
 Euphronius, & huic Placitus,
 Stephanus abdicatus. Leontius.
 Eudoxius Episcopus Germanicae.
 Melitius suffragijs omnium ex Armenia accersitus factione Arianorum pellitur, in cuius locu sufficitur
 Euzotus, diaconus quondam cum Ario damnatus.
 Paulinus Orthodoxis post pulsum Eustathium praesuit, unam ademptam Antiochia.
 Melitius reuersus ab exilio, *οχιμα*, Paulini, cum praesulatum peteret Paulinus & Apollinaris.
 Apollinaris abdicatur, sed Eustathiani praesule Paulino a reliquis separati longo tempore manserunt, sed & Apollinaris, Vitalem crearat Episcopu, ipse concessit Laodiciam, post Melitium creatur
 Flauianus, & Paulinus surrogat ipse sibi Euagrium.
 Flauiano successit Porphyrius.
 Alexander restitutor unitatis factionis Eustathianae & Melitianae.
 Theodotus.

HIEROSOLYMITANI.

1 Hermona. 2 Macarius sub Constantino.
 3 Maximus. 4 Cyrillus: abdicato Cyrillo Episcopo occupat illa ecclesia
 Herennius, post hunc
 Heraclius, post hunc

Hilarius

A discreta. Tale est, persona Coessentialis characteris & substantiae patris. Vel Substantia est quicquid cum sua persona confertur. Vel ita: Substantia est essentia propria cuiusdam rationis, propter characteristicas seu formatiuas proprietates. Substantiae nomen trifariam dictum in sacra scriptura reperitur. Pro re quae sit ipsa per se. Ut, Memento quae sit substantia mea. Pro multitudine coniuictorum; ut hoc: Exierunt quidam ex substantia alienigenarum. Pro inuito essentiae, ut, in substantia gloriationis meae. Substantia & persona idem ualent. Vtraque enim partis, & proprietatis significationem habet, sed ita, ut in se comprehensa non admittant plurium appellationem naturaliter. Substantiam uocamus per se substantiam nulli alteri coniunctae considerationis, hoc & indiuiduum aliqui nominant. Id fuerit collectio quaedam accidentum, quae simul consideramus in uno cui assunt, neq; in altero ullo nisi uno cui assunt. Substantialis uero unio est, quae diuersas essentias seu naturas in unam personam, & unam ac eandem substantiam cogit ac colligat. Substantialis differentia, est ratio qua diuersitas illa confiderationis collectarum proprietatum, secans numero unum ab altero multitudinem indiuiduorum efficit. Sed & Basilius ita haec differuit, in Epistola ad fratrem suum scripta quam conuersam in latinum subieciimus.

B

BASILII MAGNI EPISTOLA AD GREGORIUM
 FRATREM SVVM DE DISCRIMINE INTER
 ESSENTIAM ET SVBSTANTIAM.

Cum multi commune essentiae nomen in mysticis dogmatibus, a ratione substantiae non secernentes, utrumq; una consideratione complectantur, neque putent quicquam referre, essentiam dicant an substantiam, unde & quibusdam minus haec exquirentibus, similiter unam substantiam asserere, sicut una essentia dicitur. Et contra, qui substantias tres admittunt, ex hac ipsa consensione similem numerum essentiarum asserendum esse credunt. Eam ob rem ne & tibi talia usu ueniant, breuem commentarium de hac ratione tibi composui. Atq; ut paucis exponam, haec est huius rei intelligentia. Omnia nomina quae de pluribus & numero discretis rebus proferunt, significationem habent generalem, ut homo. Haec enim appellatio communem illam naturam indicat, neque unum aliquem hominem definit, qui proprie per illam intelligatur. Non enim magis Petrus homo est quam Andreas, Ioannes, Iacobus. Sed haec communitas significationis, conueniens pariter uniuersis quorum appellatio illa fuerit, distinctionem requirit, qua non generaliter hominem, sed Petrum aut Ioannem cognoscamus. Huiusmodi
 P 3 di autem

di autem nomina proprietatis habent demonstrationem, qua non com-
 munitas natura significatur, sed rei quadam definitio, cuius proprietates cum
 generis sui communitate non permisceatur, ut Timotheus, aut Paulus:
 quarum uocum neutra in communitatem naturam abit, sed segregata colle-
 ctione significationis, definitas quasdam res nomine suo ostendit. Si igitur
 una forte, duo pluresue conuenerint, ut Paulus, Siluanus, Timotheus, &
 quaestio sit de illorum hominum essentia, nemo alia ratione essentiam Pau-
 li alia Siluani, alia Timothei explicare poterit. Sed quacumque quis Pauli es-
 sentiam declarauerit, eadem & alijs congruet, itaque sunt inter se Coessentialis
 omnes, qui eadem descriptione essentiae comprehenduntur. Verum si
 quis iam communitate praeterita considerationem suam ad proprietatem
 conuertit, qua quidem una res ab altera separatur, iam non magis ratio uni-
 uersalisque qua ipsum cognoscitur, ad alterum quoque per omnia quadrabit,
 quamuis alicubi communitate congruere reperiatur, atque hoc proprie appel-
 latum asserimus Substantiae uocabulo designari. Nam cum hominis appel-
 latio dissipatam quandam intelligentiam exciter indefinita perceptioe sua,
 fit, ut natura quidem ipso nomine denotetur, subiecta uero naturae, & pro-
 pria res illo nequaquam exprimitur: caeterum si Paulum nomines, iam osten-
 deris subiectam naturam illa in re quam nomine designasti. Haec ergo est
 substantia, non indefinita consideratio naturae, & instabilis propter com-
 munitatem significationis, sed explicationem & definitionem habet commu-
 nis & indefinitae alicuius rei per proprietates expressas. Qui usus & in scri-
 ptura frequens est, sicut uidere licet, cum alijs multis in locis tum in historia
 de Iobo. Nam instituta narratioe de illo, primum communitatis facit men-
 tionem, & dicit homo, ac mox proprietate illum adiectae uocis, quidam, re-
 fecit. Ac definitionem quidem substantiae tanquam inutilem proposito, re-
 ticit. Sed illum *QVENDAM*, notionibus peculiaribus informat, com-
 memorato & loco & moribus expositis, atque ita secernere uult, & abduce-
 re a communi significatione, ut omnino definitio manifesta esset illius, de
 quo narratio texeretur, a nomine, a loco, ex animi proprietatibus a rebus
 externis. Quod si redderet substantiae rationem, nulla fieret huiusmodi men-
 tio in naturae expositione, cum esset eadem ratio, & de hoc, & de Baldade
 Sanchita, & Sophare Menao, de quo unoquoque homine, qui ibi memoran-
 tur: hoc discrimen essentiae ac substantiae obseruatum in nobis transferes,
 absque errore, & ad diuina dogmata. Esse patrem quicquid sane conceperit
 animus tuus, (non enim potest ille sententiae inniti praefinitae, quoniam om-
 nem intelligentiam superat diuinae essentiae constitutio) & idem senties fili-
 um esse, & similiter idem esse spiritum sanctum. Nam ratio increati, & in-
 compre-

A comprehensi una est & eadem de patre, & de filio, & de spiritu sancto. Cum
 non sit hoc magis increatum, neque incomprehensum, & illud minus. Quia
 uero per signa quadam proprietatis trinitatis comparatio inconfusa reti-
 nenda est, in hac consideratione, si qua communitatis habent intelligenti-
 am, ut increatum, & exuperantia omnis comprehensionis, & his similia non
 assumuntur ad proprietatis cognitionem, quaerunturque ea quibus separa-
 tionis quadam cogitatio liquida, & non inuoluta alteri affini, secerni possit.
 Itaque ut mihi uideatur, ad hunc modum recta harum rerum ratio inibitur.
 Quodcumque nobis a diuina potentia bonum collatum fuerit, id dicimus
 effectum Gratiae efficientis omnia in omnibus, sicut Apostolus ait, Effi-
 cere haec omnia unum & eundem spiritum, distribuentem quae cuique uoluerit.
 Cum autem quaeritur, utrum originem natae bonorum largitio ex so-
 lo sancto spiritu conferatur dignis, rursum a sancta scriptura deducimur ad
 huius bonorum largitionis quae efficitur a sancto spiritu, causam & auto-
 rem quem credamus esse unigenitum Deum, omnia enim per ipsum fa-
 cta esse, & in ipso consistere a sancta nos scriptura docet. Sed ad hanc quo-
 que cognitionem ubi ascenderimus, rursus per diuini instinctus scripturae
 ductu ad hanc doctrinam deuenimus: per illam quidem potentiam om-
 nia de nihilo existere, non tamen ex ipsa absque alia causa, sed eam esse potentiam
 quam quandam ingenitae & expertis principij substantiae, quae causa sit uniuersae
B sae omnium rerum causa. Ex patre enim est filius, per quem sunt omnia, a
 quo sanctus spiritus nulla unquam cogitatione separari potest. Neque ad
 contemplationem filij absque illustratione sancti spiritus perueniri potest.
 Cum igitur spiritus a quo ad creaturas omnis bonorum largitio manat, de
 filio pendeat, cum quo indiuisibiliter comprehenditur, quodque ipse est, hoc
 a patre tanquam causa habeat religatum, unde & procedit, fit ut ipse hoc
 substantialis proprietatis signum sit, quod de filio, & una cum filio cogno-
 scatur, substantiamque eius esse ex patre. At filius, qui procedentem e patre
 spiritum per se, & de se ipso indicat, solus unigenito modo ex ingenita lu-
 ce effulsit, neque habet ullam proprietatis notionem cum patre spirituue
 sancto communitatem, sed signis praedictis tantum indicatur. At ille De-
 us in omnibus. Solus habet eximiam notionem substantiae suae. Quod pa-
 ter sit, neque ex ulla alia causa extiterit. De hac ille notione proprie co-
 gnoscitur. Eamque ob rem in communitate essentiae, asserimus obser-
 uatas notiones Trinitatis non in unum conuenire aut recidere. Quarum
 tamen proprietates constituitur de personis, quae fide traduntur, quarum
 singulae notionibus suis discernantur, atque comprehendantur, ut &
 de supradictis signis separatio substantiarum inueniri possit, & infiniti,
 P 4 incom-

incomprehensi increatae essentiae, quodque nullo loco includatur, ac huiusmodi aliorum, nullum discrimen sit in uiuifica natura, patris, inquam, & filij, & spiritus sancti, considereturque horum quaedam continua, & indistincta communitas, ut quaecumque aliquis intelligentia magnitudinem unius eorum quos sanctae trinitatis fides complectitur, deprehenderit, eadem peruenit indeclinabiliter, & ad patris, & filij, & spiritus sancti gloriae conspectum, ita, ut nullo inter patrem & filium, & sanctum spiritum interuallo, cogitationes frustrante gressu incedant. Neque enim ullum inter hos medium inseritur, neque ullius rei substantia praeter diuinam naturam intercedit, quae ipsam inter se alieno quodam interuentu diuidere possit. Abest omnis inanis interualli expertis substantia, quae hiare faciat concinnitatem diuinae essentiae, interiectione uacui determinans continuitatem. Sed si quis intellexit patrem, intellexit illum per se, filiumque hac etiam cogitatione assumpsit: quicquid hunc nominauit, non separat ab ipso spiritum, sed consequenter ordine, coniunctim natura, expressit suam fidem in tribus unitam & commistam, iam si quis dixerit solum spiritum: comprehendit etiam confessione sua illum cuius est spiritus. Cumque sit hic spiritus Christi, & sit ex Deo, ut ait Paulus, sic quidem, ut in cathena, qui una à patre extremum attraxit, etiam alterum complectitur, ita qui spiritum attraxit, ut Propheta ait, per illum, & filium, & patrem unam traxit. Itemque si uere filium aliquis apprehenderit, ita habebit eum ut hinc quidem adducat secum patrem suum, & hinc uero spiritum. Resecari enim à patre, qui in patre semper sit, aut disuergi à spiritu suo in quo operetur omnia, nequit. Eodem modo qui patrem accepit potentialiter, & filium & spiritum una accepit. Nulla enim in cogitationem cadit sectio, aut diuisio ullo modo, ut aut intelligi filius absque patre, aut spiritus à filio disungi possit. Estque horum quaedam ineffabilis, & omni intelligentia superior cum communitas, tum discrimen, ita, ut neque continuitas naturae à differentia substantiarum distrahatur, neque in communitate essentiae proprietates notionum confundat. Nec mirum uideri debet quod idem & connexum & discretum esse perhibeamus, proponamusque quandam quasi aenigmati nouam & insolitam discretionem connexam, ac copulationem discretam: nam si quis à contentionis studio abest, neque ista deridendi animo audit, inuenit, & in rebus subiectis sensui huiusmodi quiddam quod dicimus. Caterum haec oratio mea ita est accipienda, ut exemplum ac umbra ueritatis non ueritas ipsa rerum. Fieri enim nequit, ut exemplorum collationes per omnia ad ea quadrent, quorum usus exempla seruiunt. Unde igitur illud discretum simul ac coequetum quod dicimus, in rebus ad sensum comparantibus, considerari poterit: Arcus quidem ueris tempore in nubibus aliquando conspexit splendorem, Arcus, inquam, qui uulgo Iris nuncupatur, quae periti harum rerum

rerum existere docet, cum quaedam in aere collecta humiditas, uentorum uideatur de euaporationis crasso, & iam nubilofo humore ad pluuiam extillata fuerit, sed ita nasci: Cum radius solis transuersus obierit densatas & confertas nubes, ac mox recta in aliquam nubem direxerit circulum, fieri tum quasi reflexionem, ac regressum luminis ad sese, recipiente se rursus splendore ab humido nitore. Natura enim ita comparatum est, ut flammaram fulgores in leuia emissi refringantur ad sese. Haec autem figura rotunda, propter rotundum sit, in aere humido & leui, secundum figuram, quod necesse est, solaris circuli, itaque & nubi propinquus aer à resplendentia lucis comprehenditur. Ille igitur ipse splendor, & continuus est erga se & discretus. Multicolor enim multiformis uarijs floribus, tincturae inter se inconsiderabiliter commiscetur, colorumque diuersitas commissuras illorum inter se aspectui nostro clanculum subtrahit, ut perspicere nequeat, quo medio caeruleum cum fulgido misceatur, quod uere diuersitas horum colorum discernatur. Idem de fulgido ac purpureo, & hoc atque electrico dicendum. Omnium enim splendorum res coniuncti apparent, & conspicua sunt luce, & notas commissionis inter se celant, neque deprehendi patiuntur, ut incompertum sit, ubi desinat splendor igneus, aut smaragdinus, & unde incipiat, neque magis tale sit, qualis perspicuae lucis est facies. Ut igitur in hoc eximio, & colorum differentiae plane dignoscuntur, & sensus tamen distantiam unius ab altero comprehendere nequeunt, ita mihi cogites posse similiter, & diuinorum dogmatum considerationem institui: nempe in unoquoque qui creditur in sancta trinitate, substantiarum resplendere proprietates, tanquam flosculos illos apparentes in iride, Naturae uero proprietatis nullam cognosci unius ab altero diuersitatem, sed in communitate essentiae relucere in unoquoque proprietates notionis. Nam & in extremo una essentia multicoloris splendore illustrat, reflectio illa solaris luminis, sed & apparentes flosculi multiformes sunt. Quae ratio creaturae nos instruit, ne nouitate perturbari animum nostrum sinamus in disputatione huius dogmatis, sicuti in difficultatem delatis, oborta grauedo assensionem dictorum impeditur. Ut enim ibi, quae oculis cereremus rationes, causaque uincebantur, ab his quae experientia ostendebatur: ita & horum praestantium dogmatum potior esse quam cogitationum comprehensio, fides debet, quae & discrimina in substantia & essentia connexionem docet. Cum ergo communitas quaedam in sancta trinitate, itemque proprietates ratione animaduersa sit: communitatis quidem ratio refertur ad Essentiam: substantia uero proprietatis cuiusque est signum. Sed inuenitur fortasse, qui putet consentanea haec esse, cum sententia scripturae Apostolicae, ubi dicitur, de Domino, quod sit resplendentia gloriae ipsius & character substantiae. Cum enim docuerimus substantiam esse illam singularis proprietatis convenientiam, & ut in patre confitemur proprietatis considerationem

siderationem, qua solus ipse cognoscatur, ita quoque & de filio credimus. Cur
 igitur testimonio scripturae tribuitur hoc loco soli patri nomen substantiae?
 Filiumque uocat formam substantiae: qui non proprius, sed patris sui notionibus in-
 forme. Si enim est substantia uniuscuiusque signum proprium, id quod est
 demonstrans, & consistens patris esse proprium, ingenitum: informat autem fili-
 us patris notionibus, quomodo iam manet hoc eximium patri, ut ipse solus in-
 genitus dicatur: cuius proprietate etiam id informat, quod est unigenitus. Sed
 nos respondemus aliud propositum fuisse apostolo, quod spectarit cum his
 uocibus uteretur, nominas respicientiam gloriae & charactera, id est formam,
 substantiam, quod qui perspexerit, is intelliget haec cum nostris nequaquam
 pugnare, sed suum quendam singulare habere modum. Non enim efficere uoluit
 doctrina apostolica distinctionem substantiarum per apparentiam in unaquaque
 signa, sed ut habitus erga patrem filii ostenderetur, uerus, indistractus, & con-
 exus. Neque enim sic dixit, qui esset gloria patris, quamuis uere diceretur, hocque
 praetermisit, tanquam confessum, ac ne uideretur aliam gloriae speciem tradere
 de patre, & aliam de filio hac doctrina respicientiam patris ipsius gloriae, expo-
 suit filii gloriam, probans etiam intellectum indefinitis coniunctionis pa-
 tris ac filii, exemplo lucis. Ut enim est flamma splendor existit, sed non est
 tamen posterior ille flamma, sed simul atque emicuit flamma, splendet lux,
 ita uult & de patre filium intelligi. Minime discernens unigenitum ab
 quod pater est, aliqua extensione interuallari, ac potius semper una cum au-
 tore comprehendens, id quod ab illo est. Hoc igitur modi quasi interpre-
 tans praedictam sententiam, formam etiam appellauit substantiam, corpora-
 libus exemplis deducens nos ad considerationem inuisibilium. Quoadmo-
 dum enim corpus omnino figura aliqua includitur, atque alia tamen est ra-
 tio corporis, alia figurae, neque quisquam definiens unum alterum etiam fu-
 erit complexus, uerum quamuis ratione haec discernas, natura tamen sepa-
 rari non patitur, sed considerat coniunctim unum cum altero, ita & Aposto-
 lus censuit. Quamquam fidei ratio inconfusa diuisam doceret substantiarum
 differentiam, nihil tamen secus continuitate quoque ac concretionem unigeniti
 cum patre de supradictis proponi oportere. Non quasi substantiam esset ex-
 pers unigenitus, sed quod nullum medium admitteret unionis cum patre suo, ut
 si quis intenderet oculos mentis formam filii, facile posset de patris substantia
 illam intelligere, absque quidem omni translatione, aut confusione pro-
 pria in unoquoque considerationis, uelut si patri genitum, aut filio in-
 genitum conformetur, sed quod fieri nequeat, cum unum ab altero dis-
 iunctum sit, solum & per se comprehendere illud quod reliquerimus. Non
 enim absque intelligentia patris filius, nominari potest, cum hac appellatione
 respectiue, & patrem demonstrat. Quomodo igitur, ut Dominus in Euan-
 gelio ait, Qui filium conspexit, is & patrem cernit. Ideo formam dicit esse
 unigenitum

A unigenitum substantiam patris, quae sententia quoque clarior reddatur, alias quo-
 que Apostoli uoces adducemus, ut cum uocat imaginem Dei inuisibilis, &
 rursum imaginem bonitatis ipsius. Non enim differre uult imaginem ab
 archetypo inuisibilitatis ac bonitatis nomine, sed demonstrare idem esse cum
 archetypo, quamuis diuersum sit. Nam ratio imaginis minime constat, ni-
 si per omnia euidens sit ac congruat: proinde qui perspexerit imaginis pul-
 chritudinem, is ad cognitionem archetypi peruenit, & qui cogitatione sua
 comprehendit filii quasi formam, idem paternae substantiae charactera
 expressit. Intuens per hunc in illum, non cernens ingenitum patris in effi-
 gie, nam ita prorsum idem esset non diuersum. Sed ingenitam pulchritudi-
 nem de genito considerans, utque animaduersa in puro speculo representa-
 tione formae ad perfectam cognitionem effectae personae deuenitur, ita co-
 gnitione filii character paternae substantiae animo concipitur a filii cogni-
 tore. Omnia enim quae patris sunt, in filio conspiciuntur, & omnia filii pa-
 tris sunt. Nam & filius totus in patre manet, & rursum totum patrem ipse
 continet, atque ita fit filii substantia quasi forma, & persona paternae cog-
 nitionis, & patris substantia in filii forma cognoscitur, manente in ipsis consi-
 deratione proprietatis ad manifestum discrimen substantiarum.

BASILEAE APVD IOANNEM HERVAGIVM
 ANNO M. D. XXXVI.



UNIVERSIDAD PONTIFICIA
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA

Handwritten text in a medieval script, likely Latin, arranged in a single column on the right page. The text is densely packed and includes several lines of red ink, possibly indicating initials or headings. The script is a Gothic or similar medieval hand, with some characters appearing to be in a different script or dialect. The text is partially obscured by the binding and the texture of the parchment.

